XXV. NEDJELJA PO DUHOVIMA (V. po B)

Bog nas je pohodio i prebiva među nama i u nama, pa će svoj puk čuvati neprestanom milošću (mol.). Na temelju toga svi tvorimo jedno tijelo i s Isusom imamo Bogu zahvaliti i oduševljeno ga slaviti (Pos.). Samo to je dobro sjeme, a sve drugo je kukolj koji neće proći na Božjem sudu (Ev.). Za sud nas najbolje sprema pomirna žrtva sv. Mise (prik. mol.) koja nam neprestano pruža zalog spasenja (poprič.). Sij, Gospodine, po svojoj Crkvi u naša srca svoje sjeme da raste i donese plod!

INTROITUS Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis. Ps. Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Jacob. Glória Patri.	ULAZNA Govori Gospodin: Ja mislim misli mira a ne ugnjetavanja. Zazvat ćete me i ja ću vas uslišiti i izbavit ću vas robove iz svih krajeva. – Ps 84. Blagoslovio si, Gospodine, svoju zemlju, na dobro si okrenuo Jakovljevu sudbinu. Slava Ocu... Govori Gospodin...
ORATIO Famíliam tuam, quaésumus, Dómine, contínua pietáte custódi: ut, quae in sola spe grátiae caeléstis innítitur, tua semper protectióne muniátur. Per Dóminum.	MOLITVA Čuvaj, molimo, Gospodine, svoju obitelj neprestano očinskom dobrotom, da ona, kojoj je jedina nada u nebeskoj milosti, uživa vazda tvoju zaštitu. Po Gospodinu...
EPISTOLA Fratres: Indúite vos sicut elécti Dei, sancti et dilécti, víscera misericórdiae, benignitátem, humilitátem, modéstiam, patiéntiam: supportántes ínvicem, et donántes vobismetípsis, si quis	POSLANICA Čitanje Poslanice bl. Pavla apostola Kološanima. Braćo: kao Božji odabranici, sveti i ljubljeni, budite od srca milosrdni, blagi, ponizni, čedni, strpljivi. Podnosite

advérsus áliquem habet querélam: sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos. Super ómnia autem haec, caritátem habéte, quod est vínculum perfectiónis: et pax Christi exsúltet in córdibus vestris, in qua et vocáti estis in uno córpore: et grati estóte. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter, in omni sapiéntia, docéntes et commonéntes vosmetípsos, psalmis, hymnis et cánticis spirituálibus, in grátia cantántes in córdibus vestris Deo. Omne, quodcúmque fácitis in verbo, aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Iesu Christi, grátias agéntes Deo et Patri per ipsum.	jedan drugoga i opraštajte jedan drugome, ako se tko ima potužiti na drugoga. Kao što je Gospodin vama oprostio, tako i vi opraštajte. Nadasve imajte ljubav koja je veza savršenstva. I Kristov mir, na koji ste pozvani, neka u vašim srcima vlada kao u jednom tijelu. – Budite i zahvalni! Kristova riječ neka obilno stanuje u vama, u svakoj mudrosti. Poučavajte i potičite jedan drugoga psalmima, himnima, duhovnim pjesmama, na poticaj milosti pjevajte Bogu u svojim srcima. Sve što god govorite i činite neka bude u ime Gospodina Isusa Krista zahvaljujući Bogu Ocu po njemu.
GRADUALE Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti. In Deo laudábimur tota die, et in nómine tuo confitébimur in saécula. Allelúja , allelúja. De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratiónem meam. Allelúja.	GRADUAL Spasio si nas, Gospodine, od naših protivnika i smeo si naše mrzitelje. U Bogu je naša slava u svako doba, i uvijek hvalimo ime tvoje. Aleluja, aleluja. Iz dubine vapijem k tebi, Gospodine. Gospodine, usliši moj glas, aleluja.
EVANGELIUM Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthaéum. In illo témpore:	EVANĐELJE Slijedi sveto Evanđelje po Mateju. U ono vrijeme: Reče Isus

Dixit Iesus turbis parabola hanc: Simíle factum est regnum caelórum hómini, qui seminávit bonum semen in agro suo. Cum autem dormírent hómines, venit inimícus eius, et superseminávit zizánia in médio trítici, et ábiit. Cum autem crevísset herba, et fructum fecísset, tunc apparuérunt et zizánia. Accedéntes autem servi patrisfamílias, dixérunt ei: Dómine, nonne bonum semen seminásti in agro tuo? Unde ergo habet zizánia? Et ait illis: Inímicus homo hoc fecit. Servi autem dixérunt ei: Vis, imus, et collígimus ea? Et ait: Non: ne forte colligéntes zizánia, eradicétis simul cum eis et tríticum. Sínite útraque créscere usque ad messem, et in témpore messis dicam messóribus: Collígite primum zizaniá, et alligáte ea in fascículos ad comburéndum, tríticum autem congregáte in hórreum meum.	narodu ovu usporedbu: Kraljevstvo je nebesko kao čovjek koji na svojoj njivi posije dobro sjeme. Ali kad su ljudi zaspali, dođe njegov neprijatelj, pa među pšenicu posije kukolj i otiđe. A kad usjev izraste i učini klas, pokaže se kukolj. I pristupe sluge domaćinu te mu rekoše: Gospodaru, zar nisi dobro sjeme posijao na svojoj njivi. Pa odakle kukolj? On im odgovori To je učinio neki neprijatelj. Sluge mu rekoše: Hoćeš li da odemo i da ga iščupamo? Odgovori: Ne, da ne biste čupajući kukolj iščupali zajedno i pšenicu. Pustite, nek' oboje raste do žetve! U vrijeme žetve reći ću žeteocima: Pokupite najprije kukolj i svežite ga u snopove da se spali, a pšenicu skupite u moju žitnicu.
OFFERTORIUM De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratiónem meam: de profúndis clamávi ad te, Dómine.	PRIKAZNA Iz dubine vapijem k tebi, Gospodine. Gospodine, usliši moj glas. Iz dubine vapijem k tebi, Gospodine.

SECRETA Hóstias tibi, Dómine, placatiónis offérimus: ut et delícta nostra miserátus absólvas, et nutántia corda tu dírigas. Per Dóminum.	PRIKAZNA MOLITVA Prinosimo ti, Gospodine, pomirnu žrtvu da nam milosrdno oprostiš grijehe i da kolebljiva srca vodiš. Po Gospodinu...
COMMUNIO Amen dico vobis, quidquid orántes pétitis, crédite quia accipiétis, et fiet vobis.	PRIČESNA Zaista vam kažem: »Što god moleći zaištete, vjerujte da ćete dobiti, i bit će vam.«
POSTCOMMUNIO Quaésumus, omnípotens Deus: ut illíus salutáris capiámus efféctum, cuius per haec mystéria pignus accépimus. Per Dóminum.	POPRIČESNA Molimo, svemogući Bože, da postignemo ono spasenje, kojega smo zalog primili u ovim otajstvima. Po Gospodinu...

Više informacija: http://sites.google.com/site/tradicionalnamisa/



Parabola de Zizanijs.

Matt. xiij. Anno xxxij.



A. *IESVS è naui ad Capharnaum docet.*
B. *Pater familias bonum semen seminans.*
C. *Dæmon zizania seminat ibidem noctu.*
D. *Seges maturescens.*
E. *Serui mirantur nata esse zizania, eaque volunt eradicare, & agrum à noxijs herbis perpurgare.*
F. *Pater familias prohibet fieri.*
G. *Seges matura.*
H. *Pater familias iubet,*
I. *Zizania collecta comburi.*
K. *Triticum condi in horreum.*